



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In die natiuitatis christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In die natiuitatis christi.

quod fuit inter beatam mariā et ioseph fuit verū et perfectū. Ita cōclusio ptz in. c. Beata maria et multis sequētib⁹. ij. q. ij. Ratio ne pbatur sic. Dicit Deut. xxxij. Dei pfecta sunt opera. ergo precipue illa sunt pfecta que facit circa se et suos. sed illud matrimoniū fecit circa matrē suam. fuit enim illi diuinit⁹ reuelatū. ergo matrimoniū illud pfectū. Pro cuius declaratione est notandū in tra sanctū Tho. 3. par. vbi sup. qd duplex est rei perfectio. prima et scda. Prima quidem perfectio in ipsa rei forma cōsistit ex qua specie sortit. Scda perfectio consistit in operatione rei. per quā res aliquā finē suū attingit. Forma autē matrimoniū cōsistit in quadā indiuisibili coniunctōe animoz per quā vn⁹ coniugū indiuisibiliter alteri fidem seruare tenet. Finis autē matrimoniū est ples generāda et educāda. ad quarū primam peruenit per concubitū coniugales. Ad scdam per alia opera viri et vxoris qbus sibi inuicē obsequiuntur ad prole nutriēdam. sic ergo dicendū est qd matrimoniū inter beatā virginē et ioseph cōtuz ad primā pfectionē oīno verū fuit et pfectū. qz vterqz cōsensit in copulam coniugale. nō autē exisse in copulā carnalē nisi sub pditione si deo placeret. Unde angel⁹ vocat eam coniugē Matth. j. dicens ad ioseph. Noli timere accipere mariā coniugē tuam. Qd exponēs

Augu. libro de nuptijs et cōcupiscentia dicit. Coniunx vocat ex prima despōsationis fide. quaz in cōcubitu nec cognouerat nec fuerat cognitura. Quātū hō ad secundā pfectionē que est per actuz matrimoniū. si hec referat ad carnalē concubitū per quā proles generatur. nō fuit matrimonium illud pfectū. Dabitur tñ illud matrimoniū etiam scdam pfectionē cōtuz ad proles educationē. Unde augu. dicit in libro de nuptijs et concupiscentia. Nuptiarū bonū impletū est in iblis parētibus xpī. proles. fides. et sacramentū. Prole cognoscamus ipsum dñm iesum xpm. si dem. qz nullū adulteriū. Sacramentuz. qz nullū diuortii. solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit. Concordāt oēs doctores. Ad rationes in oppositū. Ad primam respōdet. qd hīero. accipit ibi maritū ab actu matrimoniū psummati. et sic ex est qd ioseph nō fuit marit⁹. Ad secundā respōdet negādo minoz. Dicim⁹ em qd cōsensus beate virginis fuit cōsensus absolut⁹. absolute em cōsensit in matrimoniū diuinitus certificata de ipsi⁹ sancti ioseph pternitā. et ipsa de se certa erat. que nullū carnis stimulū sentiebat. sed in matrimoniū sic cōsentiēs. virginitatē suam deo cōmississe dicit. Ad tertiam respōdetur. negando psequētia. et ratio est. qz licet custodia castitatis thori nō fuit in beata virgī

Quod dicitur in die vocat in christi in molit

ne. fuit tamē custodia castitatis absolute. Nam vt dicit albertus magnus. Fides custodit castitatem ppter se et exhibet se maritaliter coniuncto ppter infirmitatē vel bonū prolis. Unde exhibet se ppter aliud. sed custodia castitatis est sicut per se desideratū. et ideo in pmo est perfectio bone fidei nō in scdo. ¶ Ad quartā respōdet negando consequentiā. Et ratio est qm sanctus thomā et albertū magnū. qz prolis nō est bonū matrimonij solū inq̄tum per matrimonij generatur. sed inq̄tū in matrimonio suscipit et educat. et sic bonum illius matrimonij fuit. ples illa scz xps. qui pietate parentū nutritus et educat. et in tēplo presertatus corā dño. non aut pmo modo. qz nō ex matrimonio natus sed ex spiritu sc̄to. ¶ Ad quintā respōdetur scz negando consequentiā. qm nō est de essentia sacram̄ti quo ad primā ei⁹ perfectionē plena illa significatio xpi et ecclesie et hūane nature cū diuina persona. sed illa est de essentia sc̄de pfectionis. s. matrimonij consummati. et ideo ratio nō procedit. ¶ Ad sextā respōdet negando minorē. et ratio est qz vt dicit magnus albert⁹. Nulla unio est essentialis matrimonij nisi maritalis in cōsensu animorū fundata. Illa autē que est carnis est psequēs ipsam. et ideo pma nō ordinat ad illā sicut ad essentialē: sed sicut ad effectum

qui potest sequi si volumus cōiunges. Et ita argumentū falsum p̄supponit. et per p̄ns nō p̄cedit.



D tertiam

questionem qua querit. (3. p. q. 28. arti. 3.) utrum matrimonij illud inter mariā et

ioseph fuit aliqui cōsummatū procedit sic. Et videt q sic ex p̄sentī euang. primo ex illo vbi dicitur Ante q̄ p̄uenirent inuenta est in vtero habēs de sp̄u sc̄to. non aut euāgelista hoc diceret nisi cert⁹ esset de p̄uenturis. ergo videt q beata virgo q̄ncq̄ cōuenit carnali copula cū ioseph. et ita cōsummasset matrimonij. ¶ Sc̄do arguitur idem ex illo qd̄ subditur in euāgelio. q̄ ait angel⁹ ad ioseph. Accipe mariā coniugē tuā. Coniugij aut cōsummat⁹ per carnalē copulā. ergo q̄ncq̄ carnalis copula interuenit inter beatam mariā et ioseph. et ita m̄rimonij fuit cōsummatū. ¶ Tertio idē arguit. et ex eo q̄ ibidē post pauca subdit. s. matth. 1. Ioseph accepit coniugē suā. et nō cognoscebat eam donec peperit filiū suū primogenitū. hoc aut aduerbiū donec cōsummatū tempus designare. quo cōpleto fiet id quod vsq̄ ad illud tēpus non fiebat. Verbū aut cognoscendi ad coitū refert. sicut Gen. iij. dicit. Adam cognouit uxorē suā.

In vigilia natiuitatis christi

Et videt q̄ post p̄tuz btā maria
fuit a ioseph cognita. et ita vide-
tur matrimoniu cōsummatum.
¶ Quarto idē arguit ex illo ver-
bo primogenitū. Primū em̄ di-
citur respectu secūdi. et ita p̄mo
genitus nō potest dici nisi q̄ ha-
bet fratres subsequētes: s̄z x̄ps
in auctoritate inducta. Mat. j.
dicit. p̄mogenit⁹ filius virginis
ergo post primū habuit aliū. er-
go post x̄pi natiuitatē matrimo-
niū fuit cōsummatū. ¶ In oppo-
situm est illud q̄d habet Ezech.
xliij. Porta hec clausa erit et nō
aperiet. et vir nō pertrāsibit p̄ eā
qm̄ dñs de⁹ israel ingressus est p̄
eam. q̄ exponēs augu. in quodā
sermōe dicit. Quid est porta in
domo dñi clausa. nisi q̄ maria
semper erit intacta. Et q̄d est q̄
homo nō trāsibit per eam nisi q̄
ioseph nō cognosceret eam. Et q̄d
est q̄ dñs solus intrat et egredit̄
per eā nisi q̄ spūsc̄tus imp̄gna-
bit eaz. et angeloz dñs nascer̄ p̄
eam. Et q̄d est q̄ domus clausa
erit i eternū. nisi q̄ maria virgo
est ante partū. in partu. et post
partū. ¶ R̄ideo dicēdū sub ista
cōclusionē. q̄ matrimoniu inter
beatā mariā et ioseph nunq̄ fuit
cōsummatū qm̄ beatissima mat̄
x̄pi fuit virgo ante partū in par-
tu et post partū virgo in eternum
permāsit. Vñ detestādi sunt ser-
rores iudeoz et hebeonitarū qui
derogātes virginitati beate ma-
rie ante partū dixerūt x̄pm ex se-
mine ioseph esse natū. Et erro-
res philosophoz qui virginitatē
eius in partu derogabāt. dicen-
tes nō posse esse duo corpora in
eodē loco. Detestādu est etiam
error Elid̄i. qui virginitati bea-
te marie post partū derogās di-
cere presumpsit matrē x̄pi post
partum a ioseph esse cognitā et
alios filios genuisse. Sed iste
error irrationabilis est et insan⁹
s̄z q̄ beata virgo mater dei tē-
plum spūsc̄ti operi carnis va-
caret. hoc autē non potest cadere
nisi in aiām impiā et stultā crede-
re tantā in matrē dñi indignita-
tem. ideo erroneū est et p̄nitio-
sum. Unde et dñs in morte istuz
errorē euacuauit. qm̄ eam beato
iohanni cōmēdauit. et dedit sibi
in solatiū loco filij. vt q̄d dedis-
set si filios habuisset. ¶ Ad ra-
tiones in oppositū. ¶ Ad primā
de v̄bo anteq̄. r̄ndet q̄ ratio nō
p̄cedit. qz hec p̄positio ante non
semper denotat ordinē ad illud q̄d
futurū est fm̄ rei n̄itatē. sed qm̄
qz ad illud q̄d futurū sperat̄ fm̄
cōem cursum. sicut cū dicit. an-
teq̄ haberet. xx. annos mortuus
est. et sic est in p̄posito. ¶ Ad se-
cundā r̄ndetur. negando p̄nam.
R̄ō est. qz nos dicim⁹ q̄ p̄ngiū
lz fuerit perfectū p̄fectiōe p̄ma
nō tñ fuit p̄sumatū q̄d p̄tinet ad
perfectiōē secūdā. ¶ Ad tertiā
respōdetur negādo p̄nam. Et di-
citur q̄ ly donec quēq̄ designat
certū tempus fm̄ illud Gal. iij.
Propter trāsgressiōē lex posi-
ta est donec veniret semen quod

Quada aut de v̄

Matru xpi m̄dit

promiserat. Quādoq; hō signat
infinitū tēpus. s̄m illō ps. Dixit
dñs domino meo: sede a dextris
meis. Donec ponam inimicos
tuos rē. Et s̄m illud ps. Oculi
nostri semper ad dñm donec mi
serereatur nostri. Et quo nō est in
telligendū q̄ post impetratā mi
sericordiā oculi nostri auertant
a deo. r̄ sic est hic. ¶ Ad quartā
r̄fidetur negādo p̄sequentia. Et
ratio est. qz p̄mogenitus h̄c pri
uat ordinē ad anterius nō ponit
ordinem ad posterius. ideo dñs
primogenit⁹ appellat. quia s̄m
legem erat offerēdus. Idem hō
dicitur q̄ habuerit fratres dicē
dum q̄ fratres vocātur ibi pro
pinqui in sc̄do vel tertio gradu.

ctus a caritate vel donō. ergo
nec de spiritu sc̄to debet dici con
ceptus. ¶ Tertio sic. efficere cō
ceptionem christi non debet at
tribui spiritui sc̄to. ergo rē. con
sequētia patet. antecedēs p̄bat.
quia vt dicit augustinus in pri
mo de trinitate. Indiuisa sunt
opera trinitatis. sicut indiuisa
est essentia trinitatis. sed effice
re conceptionē christi est quod
dam opus diuinū. ergo videt q̄
non sit magis attribuendū spū
sc̄to q̄ patri aut filio. ¶ Quarto
sic. si conceptio christi attribuen
da est spiritui sc̄to. vt p̄ncipio
eius. sequitur vt sit pater christi
dicendus s̄m humanitatem. sed
hoc nō est verum. ¶ Dicit em̄ au
gustinus in enchiridion. Natus
est x̄ps de spū sc̄to non sicut fi
lius p̄sequentia tamen p̄batur sic
s̄m p̄m in libro de generatione
aialiū. P̄z dicit p̄ncipiū actiū
in generatione. mater hō minis
strat materiam sed beata maria
dicitur mater x̄pi propter mate
riam quā in p̄ceptione eius mi
nistrauit. ergo spū sc̄to p̄ter
dici pater eius. si dicat q̄ fuerit
p̄ncipiū actiū in p̄ceptione ei⁹.



Quartā
questione qua
querit (3. sen.
di. 4. q. 1. art. 1.
ite 3. 5. p. 9. 32.
arti. 1. 2. et. 3.)
vtrum x̄ps di

cendus sit conceptus de spū sc̄to.
sic p̄ceditur. r̄ videtur q̄ nō.
¶ Primo sic. hec p̄positio de de
notat consubstantialitātē. Unde
nō dicimus aliqd de aliquo nisi
de substātia eius sit. Dicim⁹ em̄
filij esse de patre. nō aut celū et
terrā de deo sed x̄ps s̄m hominē
nō est cōsubstantialis spū sc̄to.
ergo nō debet dici de spiritu sc̄to
natus. ¶ Sc̄do sic. spiritus
sanctus caritas est r̄ donum sed
non cōuenienter dicitur conce

ceptus de spū sc̄to non sicut fi
lius p̄sequentia tamen p̄batur sic
s̄m p̄m in libro de generatione
aialiū. P̄z dicit p̄ncipiū actiū
in generatione. mater hō minis
strat materiam sed beata maria
dicitur mater x̄pi propter mate
riam quā in p̄ceptione eius mi
nistrauit. ergo spū sc̄to p̄ter
dici pater eius. si dicat q̄ fuerit
p̄ncipiū actiū in p̄ceptione ei⁹.
¶ In oppositū arguit ex p̄senti
enāgelio. ¶ R̄fideo dicendū sub
ista p̄clusionione. q̄ p̄ueniēter dicit
x̄ps p̄ceptus de spū sc̄to. P̄z
ista p̄clusio. qz p̄ceptionē quīs
tota trinitas operata sit. attri
buitur tamē spiritui sc̄to tripliei
ratione. Primo quidē qz hoc cō
gruit cause incarnatiōis que cō

In vigilia natiuitatis christi

siderat ex pte dei. Spūs enī san-
ctus est amor p̄ris et filij. hoc autē
ex maximo amore dei puenit vt
filius carnē sibi assumeret i vte-
ro virginali. Vñ dicit iob. iij. Sic
deus dilexit mundū. vt filiū suū
daret. Scđo qz hoc cōgruit cau-
se incarnatiōis ex pte nature as-
sumptę. per hoc dat̄ intelligi qd
natura hūana assumpta est a fi-
lio in vnitāte p̄sone nō ex aliq̄b̄
meritis. s; ex sola dei gr̄a q̄ spūi
sancto attribuit̄. Tertio. qd hoc
cōgruit termino incarnatiōis ad
hoc enī terminata est incarnatio
vt hō ille q̄ assumebat̄ esset san-
ctus et filius dei. vtrūq; autē hoc
appropriat̄ spūi sancto. Nā p̄ ipsū
efficiunt̄ hoīes filij dei. s; illud
gal. iij. Quoniam estis filij dei.
misit de' spm̄ filij sui in corda v-
stra clamātē. abba pater. Ipe etiā
est spūs sanctificatiōis. vt dicit ad
Roma. j. Sicut ergo alij p̄ spm̄
sc̄tm̄ sanctificāt̄ spūaliter vt sint
filij dei adoptiui. ita x̄ps p̄ sp̄i-
tū sanctū est in sanctitate conce-
ptus. vt esset fili' dei naturalis.
Vñ angelus postq̄ premiserat.
Spūi sancto superueniet in
te. cōcludit. Ideoq; qd nascetur
ex te sanctū vocabitur fili' dei.
Ad rōnes in oppositum ad pri-
mā respondet. qd ly. de largo mo-
do accipitur p̄ ex quia enim cor-
pus christi non est cōsubstantialē
spūi sancto. nō proprie potest di-
ci cōceptum de spūi sancto. s; magis
ex spūi sancto. Et ratio est
quia qd ex aliquo est. aut est ex
substantia. aut potestate eius. et
substantia. sicut filius qui a pa-
tre est ex potestate. sicut ex deo
sunt omnia. quō etiā in vtero ha-
buit maria a spūi sancto. Ad se-
cundā rīdet negando cōsequen-
tiā. Et ratio est. qz s; spūi sancto
fit charitas et donū. tñ noīe caritatis
et doni non significatur vt
persona subsistens cuius est age-
re. et ideo nō potest dici cōcept' de
caritate vel dono. vt ly de di-
cat habitudine cause efficiētis.
Ad tertiā respondet negādo as-
sumptū. et ad p̄bationem rīdet.
qd s; op' cōceptionis corpis x̄pi
fit commune toti trinitati. s; tñ
modū aliquid attribuit̄ singulis
personis. Nā patri attribuitur
auctoritas. etiā rōne persone fi-
lij qui per huiusmodi conceptio-
nem carnei sibi assumpsit. Filio
attribuit̄ ipsa carnis assumptio
S; spūi sancto attribuit̄ forma-
tio corporis. qd assumit̄ a filio
Nā spiritus sanctus est spiritus
filij. Gal. iij. Misit deus sp̄i-
tū filij sui. Sicut autem virtus
anime que est in semine p̄ spūm
q̄ est in semine inclusus format
corpus in generatione alioz ho-
minū. Ita virt' dei que est ipse
fili' dei. fm̄ illud. j. Cor. j. X̄pm̄
dei virtutē. p̄ sp̄itū sc̄tm̄ forma-
uit corp' suū qd assumpsit. Hoc
etiā verba angeli demonstrāt di-
centis. Spūi sanctus superueniet
in te. quasi ad preparādam et for-
mandam materiā corporis x̄pi.
Ad quartam respondet negā

Quasi aut die hoc

factum xpi in vobis

do consequentiā. Nam christus
 nō est filius spūs sancti. nec etiā
 trinitatis. sed tantū dei patris.
 hoc patet. tum primo: qz noia pa-
 ternitatis maternitatis et filia-
 tionis generationē sequūtur. nō
 quālibet tñ. sed in solis aialib⁹
 in quibus est generatio pfecta.
 nec tñ omne quod in aialib⁹ ge-
 nerat filiationis nomē accipit.
 sed solū illud quod generat in si-
 militudinē generatis. et sic si sit
 perfecta similitudo erit pfecta
 filiatio. Si autē sit similitudo
 imperfecta est etiā filiatio imper-
 fecta. sed xps non est cōceptus de
 spūs sancto. s̄m similitudinē spe-
 ciez. sicut homo nascit de patre
 suo. ergo xps nō potest dici fili⁹
 spūs sancti. Et ad pbationē respō-
 detur negādo psequentiā. Et ra-
 tio est. quia xps cōceptus est de
 maria virgine materiā ministrā-
 te in similitudinē specierū. et ideo
 dicitur filius eius. Xps autē s̄m
 q̄ homo pceptus est de spūs san-
 cto sicut de actiuo principio. nō
 tamen s̄m similitudinē speciei.
 et ideo non dicitur filius eius vt
 dictum est.



M die na-
 tiuitatis dñi
 sunt tria euā-
 gelia et ita cir-
 ca vnumquodq̄
 occurrūt que-
 stiōes aliquę
 disputande. Circa primū sez
 In illo tēpore. Er̄t edictū. Lu-

ce. ij. sequētes questiōes. **P**ri-
 mo. vtrū xpo sit attribuēda ali-
 qua natiuitas tēporalis. **S**ec-
 cundo. vtrū s̄m tēporalē nati-
 uitatē beata virgo pōt dici ma-
 ter xpi. **T**ertio. vtrū pueniēt
 tēpore et loco xps natus est.



D primā
 q̄stionem qua
 querit. (3. p.
 q. 35. arti. 2.)
 vtrum attri-
 buēda sit xpo
 aliqua natiui-
 tas tēporalis. sic pcedit. et vi-
 detur q̄ non. **P**rimo sic. nasci
 em̄ est sicut quidā motus rei nō
 existētis anteq̄ nascat. sed xps
 ab eterno fuit. ergo nō potuit tē-
 poralitē nasci. **S**ecdo. illud qd
 est in se perfectū natiuitate non
 indiget sed psona filij ab eterno
 fuit perfecta. ergo non indignit
 tēporali natiuitate. et ita videt
 q̄ nō sit tēporaliter nat⁹. **T**er-
 tio sic. si xps esset tēporaliter na-
 tus sequeretur q̄ essent ponēde in
 eo due natiuitates. sed hoc non
 videtur. cū natiuitas p̄rie con-
 ueniat persone: sed in xpo est tñ
 vna persona. ergo in xpo tñ est
 vna natiuitas. **Q**uarto sic. si in
 xpo essent due natiuitates seque-
 retur q̄ xps dicēd⁹ esset bis nas-
 tus. sed hoc nō videt dicendū: qz
 aduerbiū bis importat interrup-
 tionē. Unde qui tota die loqui-
 tur nō dicit bis loqui. sed nati-
 uitas qua de patre nat⁹ est inter-

In die natiuitatis domini.

ruptione non patitur. ergo non potest dici bis natus. In oppositum est euangelium presens. Unde dicendum sub ista conclusione. quod necessarium est ponere in christo duas natiuitates. unam eternam et alteram temporalem. Ista conclusio est Damasceni in libro que ait. Confitemur christi duas natiuitates. unam que est ex patre eterna. et unam que est in ultimis temporibus propter nos. Que conclusio ostendit sic. Natura comparatur ad natiuitatem sicut terminus ad motum vel mutationem. motus autem diuersificat secundum diuersitatem terminorum. ut patet per philosophum in physicis. In christo autem est duplex natura. quarum unam accepit ab eterno a patre. alteram autem accepit temporaliter a matre. et ideo necesse est christo attribuere duas natiuitates. unam quia eternaliter natus est a patre. aliam quia temporaliter natus est a matre. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando premissam. et ratio est. quia christus non dicitur temporaliter nasci. eo quod temporaliter ceperit esse. sed dicitur secundum hominem temporaliter nasci. quia uniuersit sibi in unitate persone naturam humanam quam temporaliter in utero virginis assumpsit. Ad secundam dicitur quod persona filii semper perfectissima fuit. nec indiguit nasci propter se. sed natus est propter salutem nostram. et hoc dicitur nasci temporaliter. Ad tertiam respondetur procedendum est quod in christo sint due natiuitates. Nam christus processit a patre eternaliter. et a matre tempo-

raliter. et utraque processio habet rationem natiuitatis. et ita sicut sunt due processiones. ita etiam sunt due natiuitates. Et ad rationem in oppositum respondetur negando premissam. Et ratio est. quia licet natiuitas sit persone vel subiecti. est tamen nature et termini. Possibile autem est uni subiecto plures transmutationes esse. quas tamen necesse est secundum causas variari. tamen non dicimus quod eterna natiuitas sit transmutatio aut motus. sed quia significat per modum mutationis et motus. Ad quartam respondetur negando quod christus non potest dici bis natus. imo potest dici secundum duas natiuitates. Sicut enim dicitur bis currere quod currit duobus temporibus. ita potest dici bis natus quod semel nascitur in eternitate. et semel in tempore. quia eternitas et tempus magis differunt quam duo tempora. cum utrumque designet mensuram durationis. nec est necesse quod illud quod est eternum interrumpatur et cesset.



D secundam questionem qua queritur. C. 5. p. q. 35. arti. 3. et 4. Utrum secundum temporalem natiuitatem christi beata virgo possit dici mater christi et mater dei. sic proceditur. et videtur quod nullum illorum est dicendum. Et primo arguitur quod non sit mater christi dicenda. Dicit damascenus lib. tertio. Christotococon id est christi matrem virginem non

dicimus. ¶ Secundo sic. In cōceptione christi beatavirgo ministravit tantūmodo materiam quia totā actionē fecit spūssanctus. sed hoc nō videt̃ sufficere ad rōnes matris alioquin lignū diceret̃ mater lecti siue scamni. ergo beatavirgo non potest dici mater xpi. ¶ Tertio sic. xps ex beatavirgine miraculose natus est. s; miraculosa generatio nō sufficit ad rationē maternitatis vel filiationis. Nō enim dicim⁹ euaz filiā fuisse ade. ergo videt̃ q̃ nec xps debeat dici filius beate virginis. ¶ Quarto sic. ad matrem videt̃ pertinere decisio feminis. s; sicut Damas. dicit̃ i tercio libro. Corp⁹ christi nō semināliter sed a spūsancto format̃ cōditine. ergo videt̃ q̃ beatavirgo nō debeat dici mater christi. Nō vero non possit dici q̃ sit mater dei arguit̃ sic. ¶ Primo. non enim est mater nisi s; naturam quam ab ea accepit. s; non accipit ab ea diuinitatē s; humanitatem. ergo nō d; dici mater dei s; hominis. ¶ Secdo sic. in deo nō differt de⁹ et deitas s; nō potest dici mater deitatis. ergo nec d; dici mater dei. ¶ Tertio sic. hoc nomen de⁹ est cōmune trib⁹ personis. s; beata maria non est mater patris. nec spiritus sancti. ergo nō d; dici mater dei. ¶ In oppositum primi est euangeliuz hodiernū. cū d; de beata maria. q̃ peperit filio primogenitū. De scdo dicit̃ damas. li. iij. Theoto.

cos. i. dei genitricē. Ne r̃ princē paliter pdicam⁹ virginē. ¶ Rūdo deo dicendū sub duab⁹ cōclusionibus. ¶ Prima est q̃ s; in tpalem natiuitatē cōuenienter r̃ veraciter beata maria virgo d; mater xpi. Ita cōclusio p; etiā Mat. i. vbi vocat̃ mater iesu. Ratione sic probatur. Beata maria cōtulit in generatione christi quicquid alia mater conferre debet ad generationem filij sui. Si ergo alie mulieres dicuntur matres. ergo beata maria vere potest dici mater christi. Secundo sic. corpus christi non est de celo allatum sicut dicebat valentinus hereticus. s; de virgine matre sumpt⁹. r̃ ex purissimis eius sanguinibus formatum. et hoc solum requiritur ad rationē matris. ergo beata maria vere est mater christi. ¶ Secunda cōclusio q̃ beata maria vere dicit̃ mater dei. Ita cōclusio patet ex capitulis cyrilli approbatis i ephesina synodo. vbi legit̃. Si quis non confitetur deū esse s; veritatē emanuel. r̃ dei genitricē sanctā virginē anathema sit. Rōne sic pbat̃. Propter vntionē naturaz in vna psona vere dicit̃ m⁹ deū passum. Quis hoc fuerit s; humanā naturā tant⁹. ergo etiā quis xps sit natus ex virgine s; humanā naturā nō potest dici deus ex virgine natus. ergo etiā mater dei dici potest. Ubi notadū s; q̃ sanc. tho dicit̃ i scio. (sen. di. i. q. z. ar. z.) Nō huma-

In die natiuitatis domini.

nitatis xpi et maternitas virginis a deo sibi cōnera sunt. vt qui circa vnum errauerit. circa aliud oporteat euz errare. Unde quia Nestorius circa humanitatem errabat. asserēs aliā esse psonā humanitatis et diuinitatis i xpo oporteret q̄ diceret virginē nō matrē dei s̄z hoīs. q̄z fm eū de⁹ et hō nō vn⁹ est xps. Quidā hō modernī errātes dicūt nō posce dīci h̄ginē matrē dei. ne mater patris et spūs sancti intelligat cōcedunt tñ esse matrē filij. s̄z isti trepidāt timore vbi nō est timor q̄z omne nomē significās in cōcreto naturā aliquā potest supponere. p̄ qualibet hypostasi illi⁹ nature. Vñ cū vnio incarnationis sit facta in hypostasi. manifestū est q̄ hoc nomē deus. s̄z cōmune sit trib⁹ psonis. potest tñ reddere locutionē verā p̄ vna psona fm q̄ dī. Deus generat. sicut dī. homo currit. etiam solo petro currēte. Vñ simpliciter est cōcedēdū virginē esse matrē dei. sicut cōfitemur iesum xpm esse verū deum. ¶ Ad rōnes i oppositū. ¶ Ad primā rīdet q̄ beatavirgo vera est mater xpi. nec hoc negat damascen⁹. S̄z dicit q̄ nō dicim⁹ xpo tocon. i. xpi genitricē. q̄ hoc nomen inuētum erat a nestorio ad abolendū nomen theotocon. cū hereticis aut nec noīa debemus habere cōmuni vt dicit Hiero. super osee. ij. ¶ Ad secundā rīdetur q̄ ratio nō procedit. quia non solum materiā prestetit bea

ta virgo ad conceptionem christi materiā cōuenientem ad p̄ducendum aliquid simile in specie et locum cōuenientem. et nutrimentū cōueniens conceptio ni fetus. et hoc sufficit ad rationem matris. ¶ Ad tertiam rīdetur. q̄ ratio nō procedit. quia h̄ conceptio xpi vt dicit sanc. tho. in tertia parte (q. 3. ar. 3. ad. 2.) ex parte operatiōis spiritus sancti fuerit miraculosa. ex pte tñ matris fuit naturalis. Vñ beata virgo est vera et naturalis mater christi. ¶ Ad quartam respōdetur negando assumptum. Dicimus enim iurta philosophuz q̄ resolutio seminis non pertinet ad materiā cōceptus. s̄z sanguis quem femina administrat ad conceptiones. Unde corpus christi formatum dicitur ex purissimis sanguinibus beate virginis. et ideo resolutio seminis nō requiritur ad rationē matris. ¶ Ad rationes p̄ alia pte q̄ non posset dici mater dei. Ad primā respondetur q̄ ratio non p̄cedit q̄z vna persona est que subsistit in humanitate et diuinitate. Et ideo nature cōmunicat sua idiomata. i. pprietates. vt dicit Damasc. (3. sen. di. 4. q. 2. ar. 2.) Vñ sicut dicūt iudei crucifixisse dñz glorie quīs nō fm q̄ est de⁹ glie ita dīci dīz. virgo est mater dei. quīs fm diuinitatē nō genuerit eū. ¶ Ad secundā rīdet negādo p̄sequētīā. Et rō est q̄ quīs de⁹ et deitas non differat re. tñ diffe

tois. Quadri aut die va

partu xpi regitv

In die natiuitatis christi. fo. lxx.

runt s3 modū significadi. q2 dei
tas significat diuinā naturā in
abstracto. vñ nō videt suppone
re p psona. De' aut q2 significat
diuinā naturā p modū cōcreti. i.
habētis deitātē. potest reddere
locutionem verā p psona. 7 ideo
q2 beata virgo est mater filij dei
potest dici mat' dei. nō aut deita
tis. ¶ Ad tertiā ridetur negādo
consequētiā. q2 quīs nomē de'
fit nomen cōe tribus psonis. tñ
quīs supponit p sola psona p'is
ficut dicit. Deus generat quīs p so
la persona filij vel spiritus sancti
7 ideo cū dicit. beata virgo est mat'
dei hoc nomen de' supponit pro
sola persona filij incarnata.



Tertiam
questionē qua
queritur. 3. p.
te. q. 35. ar. 1. et
8. vtrum cōue
nienti loco 7 tē
pore natus est

xps. sic proceditur. Et videtur qd
non. ¶ Et primo arguit qd nō de
buit nasci in bethleem. ¶ Primo
sic. Dicit em̄ esayē. ij. De sion exi
bit lex. 7 verbū dñi de hierusalē
s3 xps est verē verbū dei. ergo de
hierusalē debuit pdire in mūdū
¶ Scdo sic. Mat. ij. dicit scriptur
de xpo qd nazaren' vocabitur. s3
maxime aliq's denominat a lo
co sue natiuitatis. ergo videt qd
in nazareth debuit nasci vbi fuit
concept' 7 nutrit'. ¶ Qd nō non
puenienti tpe etiā fuerit nat' ar

guis sic pmo. Ad hoc em̄ xps ve
nerat. vt suos in libertatē reuo
caret. s3 natus est tpe seruitutis
q' scz tot' orbis pcepto angustis
ni describit. i. tributari' fact' est
vt habet. Lu. ij. ergo videt qd nō
cōgruo tpe xps fuit nat'. ¶ Ter
tio sic. pmissiōes de xpo nascitu
ro nō fuerūt gētibus facte. s3 m̄ il
lud Ro. ix. Quorū sūt pmissa. s3
xps nat' fuit tpe quo rex alieni
gena dñabat. sicut p3 Mat. ij. cū
nat' esset iesus in dieb' herodis
ergo videt qd nō fuit tpe cōgruo
nat'. ¶ In oppositū est. q2 q' a deo
sunt ordinata sunt. 7 cōueniēter
disposita. Nā vt dicit Sap. viij. Sa
pientia attingit a fine vsq' ad fi
nē fortiter. 7 disponit oia suau
ter. ergo pueniētissimo loco 7 cō
ueniētissimo tpe xps natus est.
¶ Rñ ideo dicēdū primo qd cōue
niētī loco nat' est. s. i. bethleem.
Et hoc ppter tres rōes. Primo
quidem q2 xps fact' est ex sem
ine dauid s3m carnem vt dicit Ro. i.
Lui etiā facta fuerat repromis
sio specialis de xpo. ideo in bet
hleem de qua nat' est dauid nas
sci voluit vt ex ipso loco natiui
tatis repromissio ei facta imple
ta osideret. 7 hoc designat euan
gelista dicens. Eo qd esset de do
mo 7 familia dauid. Scdo q2 vt
greg. dicit in omelia. Bethleem
domus panis interpretatur. ipe
xps est q' ait. Ego sum panis vi
uus qui de celo descēdi. Locus
ergo in quo deus nascitur dom'
panis antea vocatus est. q2 futu

In die natiuitatis domini.

rum perfecto erat vt ille ibi per naturam carnis appareret q̄ electoꝝ mētes in eterna societate reficeret. Tertio qz sic erat prophetizatū. Mich. v. et in bethle. effra. nequaquā pun. es in milibꝫ iuda. ex te em̄ eriet dux q̄ regat pplm̄ israel. et egressus eiꝫ ab initio a diebus eternitatis. Nō legit aut̄ dñs in sua natiuitate ciuitatē maximā romā. qz sicut dicitur in quodā sermone ephesini. P̄pter potētā ciuiū mutatio nē orbis terraz putarent esse factū. sed vt diuinitas agnosceret orbē trāsmutasse terraz pauperculā elegit mēsz. pauprimā patriā. Elegit autē de infirma mūdi vt cōfundat fortia. sicut dicitur. s. loz. s. Et ideo vt suā potestātē magis oñderet in ipsa roma q̄ caput orbis erat statuit caput ecclē sue in signū pfecte victorie vt exinde fides deriuaret ad vniuersū mūdu. s̄m Esa. xxvj. Ciuitatē sublimē humiliabit et conculcabit eā pes paupis. i. xpi gressus ege noꝝ. i. aploꝝ petri et pauli. Queterū nō est ptereūdū q̄ i via natiuitatis. Et hoc q̄druplici rōne vt dicit albertꝫ magnꝫ sup lucā. Primo vt se pegrinū in hoc mūdo oñderet. Dicitur. xiiij. Sicut pegrinꝫ futurꝫ est. Secūdo vt se via demonstraret. Job. xiiij. Ego suus via vitatis vita. glo. Via qua fitur vitas qua pes dirigit. vita ad quā puenit. via p̄ceptū. cōsiliū et exēplū. veritas p̄ doctrine verbū. vita p̄ p̄m̄iū. Eccl. xiiij.

In me ois gratia vite et veritatis in me ois spes vite et virtutis. Vir tus confortat ad vitā p̄ meritū. veritas illustrat ad vitā p̄ doctrinā. et spūsanctꝫ p̄ inspirationē. Tertio. vt mūdu cōtēuere doceret. Apo. xvij. Exite de illa p̄ple mens. et ne participes sitis delictoꝝ. Quarto vt semp patriam exēplo suo inq̄rere doceret. Ad Heb. xj. Cōsūtētes qm̄ pegrinꝫ hospites sūt sup terrā. Queter ea pariter commēti tēpore natus est. Et hoc colligit ex vniuersitate que illo tēpore p̄igerat. Primo quidē. qz illo tēpore describitur orbis. et hoc commēti tēpore. Vñ greg. Quid est q̄ nascituro dño mūdu describit nisi q̄ a p̄te. monitrat q̄ ille apparebat i carne qui electos suos ascriberet i eternitate. Secūdo in tēpore illo cēsus soluebat cesari. hoc etiaz puenit tēpore. Christus enim venerat nos in statu libertatis redimere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitātē nostram suscepit vt nos ad vitā rediret. Ita vt beda dicit Eo tēpore dignatꝫ est nasci quo nos p̄pter omnium liberationē ipse seruitio subderetur. Tertio. in illo tēpore fuit maxima pars. Vñ hiero. dicit super Esa. Veteres reuelamus historias. et inueniemus vsqz ad xvij. annum cesaris angusti in toto orbe terraz fuisse discordias ortā. orto autē dño oia bella cessauerūt. Conueniebat eni vt in illo tēpore nasceret q̄ est pax nra facies.

toris. Quid aut die hoc

factu xpi magis

vtraq; vnum. ad Ephe. iij. Sic
entm erat a pphetis pnuiciatus
ps. lxx. Dicitur in diebus ei? in
sticiat abudantia pacis Itē Esa.
ij. Nō leuabit gēs ptra gētē gla
diū. Quarto. in illo tpe vn? prin
ceps dñabat i mūdo quo tpe cō
gruebat vt nasceret q̄ venerat
suos pgregare i vnu vt esset vnu
ouile r vnus pastor. vt dicit. Jo. x.
Quito. in illo tpe regnabat alie
nigena quo tpe nasci voluit vt i
pleret ppheta iacob dicentis.
Ben. xlii. Nō auferet sceptrū de
iuda et dux de femore ei? donec
veniat q̄ mittend? est. s. messias.
Et tū dicitur sez de ista q̄stione.
¶ Ad rōnes in oppositum. ¶ Ad
pimā rñdet negādo cōsequentia
r ad auctoritatē rñdet q̄ non p
bat de natiuitate. s. loq̄t de do
ctrina legis r pdicatiois q̄ inde
habuit oriū. Nā sicut dicitur est. i
bethleē nat? est ita hierlms elegit
vt in eā sedē regni pstitueret r tē
pluz dei edificaret. r sic hierlms
esset ciuitas simul regalīs r sa
cerdotalis. Sacerdotiū autem
xp̄i r ei? regnū p̄cipue p̄summa
tū est in ei? passione. r ideo p̄ue
nienter xp̄s elegit bethleē nati
uitati et hierlms passioni. Silr
etiā p hoc hominū gl̄iam pfuta
nit q̄ gloriānt de hoc q̄ ex ciui
tatibus nobilib? origine ducunt
in quib? r p̄cipue volūt hono
rari. Christ? aut e conuerso in ci
uitate ignobili nasci voluit. r in
ciuitate nobili pati opprobriū.
¶ Ad scđam rñdet. negando cō

sequentiam. Et ratio est. qz xp̄s
florere voluit s̄m virtuosā p̄uer
sationem. nō s̄m carnīs originē
r ideo in ciuitate nazareth edu
cari voluit r nutrirī. in bethleē
autem voluit quasi peregre nas
sci Ad alias aut rationes de tpe
ex his q̄ dixim? clara p̄ rñtio.



In circa euan

gelium secun
dum qd̄ in au
roza legit in
scđa missa. s.
In illo tempo
re. Pastores
loquebant adinuicem r. Lu. ij.
vbi de pastoribus fit mētio. qui
bus per angelū facta fuit annun
ciatio natiuitatis xp̄i. possunt q̄
ri ea que sequūf. ¶ Primo. vtrū
conuenienter pastoribus primo
manifestata est natiuitas chri
sti. ¶ Secundo. vtrū cōferentia
illa qua dicitur. Maria erat cō
ferens que audierat. fuerit con
ferentia alicuius dubitationis.



De primaz

questionē qua
queritur. 3. p
te. q. 36. ar. 6
vtrū cōuenie
ter pastorib? p
mo manifesta
ta est natiuitas christi. sic proce
ditur. Et videtur q̄ nō. ¶ Primo
sic. debuit primo manifestari na
tiuitas xp̄i illis q̄ p̄pinq̄tores
xp̄o fuerunt. s. fuiti p̄pinq̄ssimi

In die natiuitatis christi.

erant xpo pfidēz maxime ei⁹ ad
uentum desiderabāt. **¶** In dī de si
meone. Lu. ij. q̄ erat hō iust⁹ ⁊ ti
moratus. expectās redēptionez
israel. ergo pri⁹ debuisset māife
stari xpi natiuitatē simeōi q̄ pa
storibus ⁊ magis. **¶** Scdo sic.
Omnia sacramētayeteris legis
erant xpi figura. s̄ sacramenta
veteris legis dispēsabātur p̄ mi
nistriū sacerdotū. ergo xpi nati
uitas magis debuit manifesta
ri sacerdotib⁹ in tēplo q̄ pastori
bus i agro. **¶** Tertio. Reges sūt
p̄re alijs honorādī. iuxta illud. j.
pe. ij. Reges honorificate. ergo
regibus magis pri⁹ xpi natiui
tas erat manifestāda. In opposi
tus est euāgelii p̄s. Et etiaz qz
p̄ia a deo ordiata sūt sapiēter. ⁊
cōuentēissime disposita. **¶** Rū
deo docēdū sub q̄ttuor cōclusiōi
bus. **¶** Prima est. necesse fuit vt xpi
natiuitas aliq̄bus māifestaret.
Ista cōclusio p̄bat (vbi. s̄. ar. 2.)
ex eo qz xpi natiuitas nulli fuis
set pficuassidib⁹ fuisz occulta.
s̄ oportebat xpi natiuitatē esse
pficuā aliōqm frustra nat⁹ fuis
set. igif videt qz aliq̄bus manife
stari debuit xpi natiuitas. **¶** Se
cūda ē. qz cōueniētissime electi
sūt q̄b⁹ xpi natiuitas erat mani
festāda. ista cōclusio (vbi. s̄. ar. 3.)
primo p̄tz ex illo Job. xij. Ego
scio quos elegi. q̄ autē fiunt s̄m
dei sapiam p̄ueniēter fiūt ergo
p̄ueniēter sūt electi q̄b⁹ est ma
nifesta xpi natiuitas. Scdo sic
Salus q̄ erat futura p̄ christuz

ad oēm diuersitatē hominū per
tinebat. quia sicut dī col. iij. In
christo non est masculus ⁊ femi
na gentilis ⁊ iude⁹. seru⁹ ⁊ liber
⁊ sic de alijs hmōi. Et vt hoc in
ip̄a xpi natiuitate p̄figuraret
omnib⁹ p̄ditōibus est manifesta
tus. qz vt dicit augu. i s̄mone de
ep̄ba. Pastores erant israelite.
Magi gentiles. Isti p̄rope. Illi
longe vtriqz tāq̄ ad angularem
lapidem cucurrerūt. Fuit etiaz
inter eos alia diuersitas. Nā ma
gi qz fuerūt sapiētes ⁊ potētes.
Pastores autē simplices ⁊ viles.
Manifestatus est etiaz iusto sy
meoni ⁊ anne pctōrib⁹. s̄. magis.
Manifestat⁹ est etiā viris ⁊ mu
lieribus. s̄. anne. vt p̄ hoc oñdere
tur nullā cōditionē hoim exclu
di a christi salute. **¶** Tertia cōclu
sio. Inter omnes istos p̄ueniē
ter primo manifesta ē christi na
tiuitas pastoribus. Ista cōclusio
oñditur triplici ratione. Primo
quia erāt simplices absqz cautel
malicie. occupati in officijs san
ctoꝝ patriarchaz q̄ dicūtur fuis
se pastores. Gen. xlvij. Talibus
enim solent diuine illuminatio
nes ⁊ cōsolatiōes reuelari. ⁊ nō
hominib⁹ in sapia hui⁹ mundi.
que stulticia est apud deū occu
patis. s̄z qz dicit saluator. Mat.
xj. Confiteor tibi dñe pater celi
⁊ terre. qz abscondisti hec sapie
ntibus ⁊ sapientibus ⁊ reuela
sti ea puulis. Scda ratio est. qz
illa manifestatio christi natiui
tatis fuit qdam p̄libatio plene

toris. Quadi aut die vā

natū xpi magis

manifestationis que erat futura
 (ubi. s. ar. 3. ad primū) Et sicut i
 scda manifestatione. primo anū
 ciata est grā christi. p xpm r ei
 aplos iudeis r postea gētilibus
 ita ad christū. primo puenit pa
 stores q erāt primitie iudeoz tā
 q ppe existentes. r postea vene
 runt magi a remotis q fuerunt
 primitie gētium vt dicit. Augu.
 Tertia rō ē qz p hos pastores si
 gnificā doctores ecclie qb xpi
 mysteria reuelant q latebant in
 deos. Quarta conclusio. cōueniē
 ter pastorib' manifestata est xpi
 natiuitas p angelos. Patet ista
 conclusio sic. Deute. xxxij. Dei pfe
 cta sunt opa sz talis manifesta
 tio fuit op' diuinū. ergo p conue
 nientia signa fuit effecta. Secdo
 sic. sicut manifestatio syllogisti
 ca fit p ea q sunt magis nota ei
 cui est aliqd manifestādum. ita
 manifestatio q fit p signa debet
 fieri p ea que sūt familiaria illis
 qbus manifestat r qz iudei p sue
 ti sūt diuina rīsa p angelos ac
 cipere. p quos etiā legē accepe
 runt. fm illud Act. viij. Accepistis
 legē in dispositiōe angeloz. gēti
 les nō r marie astrologi p sueti
 sūt stellaz cursus aspicere. iō pa
 storib' tāq iudeis apd quos fre
 quēter facte sūt apparitiōes an
 geloz reuelata est xpi natiuitas
 p angelos. Magis aut assuetis
 in p̄sideratione celestiu corporū
 manifestata est p signū stelle. Est
 r alia rō greg. i omelia. Iudeis
 tanq rōne vtentib' rōnale aial.

id est angel' p̄dicare debuit. Be
 tiles vero q vti rōne nesciebāt ad
 cognoscēdum deū nō p vocē sz p
 signa pducunt. Ad rōes in op
 posituz. Ad primā rōndē iuxta
 scdm thomā. q ratio nō pcedit.
 Et ratō est. qz sicut ap'ls dicit ad
 Ro. ix. Israel sectādo legē iusti
 cie in legē iusticie nō puenit. sz
 gentiles q nō querebāt iusticiāz
 iudeos puenienter in iusticia fi
 dei puenērūt. Et in hmoi figurā
 symeō qui expectabat p̄solatio
 nē israel vltimo christū natū co
 gnouit. r p̄cesserunt euz magi r
 pastores q christi natiuitatē nō
 ita sollicitē expectabāt. Ad se
 cundaz rōndē negādo p̄sequē
 tiam. Et rō est. qz vt dicit Ebrj.
 Angelus manifestās christi na
 tiuitatem nō iuit hierosolymā.
 nō req̄siuit scribas r phariseos
 erant enim corrupti r p̄ inuidia
 cruciabāt. sz pastores erāt sine
 ri tāq p̄uersationē patriarchaz
 ruz r moysi colētes. Per hos ei
 pastores etiā significant docto
 res ecclie qbus xpi mysteria re
 uelāt. Et ex isto p̄tz r̄silio ad ter
 tiā p̄lati em̄r doctores ecclie
 per pastores designati regibus
 preferuntur.



D secundaz
 questionē qua
 querit. Utruz
 cōferentia illa
 qua brā maria
 dicit cōferēs i
 corde suo fue

In die natiuitatis domini.

rit conferentia alicuius dubita-
tionis aut questionis i mere sup
illis q̄ audiebat. q̄ fidei q̄ nō.
sed erat delectabilis et admi-
bilis p̄templatio prudentissima
artētatio quō p̄phetie implebant
in puero nato. Cōferebat em̄ vt
ait beda q̄ acta videbant cōfor-
mia his q̄ agēda legerat. Vide-
bat nāq̄ se de stirpe dauid ortaz
i nazareth de sp̄sctō cōcepisse.
Legerat p̄phetiā. Esa. xj. Er̄iet
virga de radice iesse et flos de ra-
dice ei? ascēdet et req̄scent super
euz spirit? dñi. Legerat etiā scz
Mich. v. Et tu bethleem effrata
neq̄ puula es i milib? iuda. Et
te em̄ egrediet q̄ sit dñator in is-
rael. et egressus ei? ab itin? a die
b?ternitatis. Videbat se i beth-
leem pepisse filiū. et vocasse no-
mē ei? iesū. Legerat i p̄phetis
Esa. vij. Ecce n̄go p̄cipiet et piet
filiū et vocabit nomē ei? emanu-
el. Legerat Esa. j. Bos cogno-
uit possessorem suū et asin? prese-
pe dñi sui. Videbat dñs in p̄sepi
quo bos et asin? solet nutriēdus
aduenire. Deminerat sibi di-
ctus ab angelo. Luc. j. Sp̄sctus
mi obūbrabit tibi. tōq̄ q̄nascef
ex te sc̄m vocabit fili? dei. lege-
rat modū natiuitatis ei? nō nisi
reuelante anḡlo potuisse cogno-
sci dicēte Esa. liij. Generationē
eius q̄s enarrabit. Legerat scz
Mich. iij. Et tu turris gregis ne-
bulosa filia nō ad te veniet. et ve-
niet p̄tās p̄ia regnū filie hierl?z

Audiebat anḡlicas stures q̄ s̄t
filie supne ciuitatis. apparuisse
pastorib? in loco q̄ a puētu peco-
ruz antiquit? turris gregis vo-
cabat. et est vno miliari ad oriē-
tē ad bethleē vbi etiā nūc tria pa-
storū illoz monumēta i ecclesia
mōstrant. Nouerat tūc in carne
venisse dñm. cui vna eterna ē cū
p̄re maiestas q̄ regnuz daret ec-
clesie filie. s. celesti hierl?m. Con-
ferebat ergo maria hec q̄ fiēda
legerat cū his q̄ iaz facta cogno-
uit. Nō tū hoc ore p̄mēs s̄z clau-
so seruās i corde. hec aut colla-
tio nō solū fuit beatissime virgi-
ni valde delectabilis. s̄z etiā toti
eccleie sūme vtilis. qz s̄m q̄ dicit
hiero. i s̄mone de assūptiōe bea-
te v̄ginis. Nā post ascēsiōnē filij
remāsit ad tps i terris cū aplis
vt eos pleni? instrueret de ver-
bo incarnato de quo erat pleni?
edocta p̄ sp̄sctm et familiarit?
viderat et tractauerat de q̄bus
ap̄los pleni? istruebat de v̄bo
icarnato p̄pter qd meli? exp̄me
re potat s̄z q̄ dicit hiero. Qd me-
lius nouim? meli? p̄ferim? Et
tantū p̄ nūc de ista conclusione.



Gangelium
in tertia mis-
sa est. In prin-
cipio erat ver-
bum. Job. j.
Circa qd pot
disputari se-
quēs questio. Utrū vera sit ista
ppositio. verbi caro factū est.

Quadiant de va
toz. Quadiant de va
militari xpi militari



Intra quaestione sic pceditur. Et videtur qd non. Cvt tangit. 3. p. q. v. ar. 3. ad primū. itē 3. sentē. di. 2. q. 1. ar. 3. q. 2. ad. 1.)

Primo sic. De quocunq; pdicatur id qd ipsius est dicitur esse factū s; verbū nō est caro. ergo non est factum caro. cōsequentia patet. si dicas qd ibi pars ponitur p toto. i. p hōie. vt sit sensus. Verbū homo factū est. tūc qro. qre euā gelista solā nominauit carnem.

Secōdo dato qd ibi caro ponatur p hōie. vt caro factū est. i. hō. Arguitur qd hoc sit falsū. qz homo significat subam. fieri hōies est fieri simplr. s; hoc est falsū. de? fact? est simplr. ergo hoc ē falsū de? fact? est hō. Tertio sic. fieri hōiem ē mutari s; de? nullo mō pōt dici mutari. Dicis enī. Mat. lach. iij. Ego dñs et nō mutoz. ergo videtur qd hec ppositio sit falsa. De? factus est hō. Quarto. Hoc noie hō nō possūt intelligi nisi duo scz natura humana et suppositus nature. sed dicta ppositio nō pōt verificari rōe humane nature. qz de? nunq; est vlt fuit hūana natura. Silt; nec ex pre suppositi. qz hoc nomen hō qd de xpo pdicatur nō importat nisi suppositus eternū filij. s; sp fuit vez dicere qd deus est psona filij ergo nullo modo pōt illa ppositio verificari. qz falsum est

q; deus sit fact? psona filij. ergo rō. In oppositū est euangeliū presens vbi dicit. Verbum caro factum est. In hōdeo dicendū p cōclusionē. qd ppositio illa est vera Verbum caro. i. homo factus. sicut dicitur i simbolo fidei. Et homo factus est. Que conclusio probat sic. Omne quod est et nō fuit prius dicitur esse factum. sed hec est vera. deus est homo et non fuit semper vera. qz non cōuenit deo esse hominem ab eterno. sed ex tempore p assumptionē humane nature. ergo hec est vera. deus factus est homo. Pro quo notandum qd cuz dicitur. verbum siue deus factus est homo (vt patet. 3. sen. di. 1. q. 2. ar. 1.) Hoc participium factus tripliciter se potest habere in locutioe ista. Vno modo qd feratur ad totam ppositioem vt sit sensus. Factum est qd deus sit homo. et sic vera est illa ppositio. Secundo qd dictum participiū. fact? pōt determinate absolute subiectū vel predicatum. et qd cumq; eorum determinat. ppositio ē falsa. quia nec deus est fact? nec homo ille demonstrato christo est factus. nisi addatur aliqd. qz supponit suppositum eternum. Tertio dictum participium potest determinare subiectum in comparatione ad predicatum. sic locutio vera est. Nec obstat qd videtur ponere fieri circa deum. qz hoc fieri qd participium importat. nō ē nisi fieri ratiois. vt dicem?

In die nat'uit' at'is christi.

infra in responsione ad argumē
ta. Ad rationes in opposituz.
Ad primā respondetur. q' ibi ca
ro ponit' pro homine sicut pars
pro toto. sicut Isa. xl. Videbit
omnis caro salutare dei. quē ad
modum aliquādo anima ponit'
pro toto hoīe. Gen. xlvj. Omnes
aīe que egressae sunt i egiptū rē.
Et ad questionem que mouetur
quare euangelista solam carnē
nominauit. Ad hoc respondetur
q' multiplici ratione. Primo.
quia per carnem visibilis appa
ruit. vnde subditur. Vidim' glo
riam eius rē. Secūdo vt osten
deret per locū a minori nihil in
hominis natura esse qd' verbum
dei non assumpserat. Tertio ad
ostendendā veritatē incarnatio
nis. contra manicheos qui dice
bant verbū non assumpsisse verā
carnem sed fantastica tantum. r
ideo ad hoc excludendum fecit
mentionē specialiter de carne.
Quarto ad demōstrādū magni
tudinem benignitatis. Constat
enī q' anima rationalis magis
cōformis est deo q' caro. equidē
magis pietatis sacramētū fuis
set si verbū assumpsisset animā
humanā. vtpote sibi magis con
formē. sed assumere etiā carnes
elongatā a singularitate diuine
nature fuit multo amplioris: im
mo inestimabilis pietatis indi
cium. s'm qd' dicit apl's. j. Thī.
iij. Et manifeste magis est pie
tatis sacramētū qd' manifestatū
est in carne. Ad scdaz rationē

respōdet negando psequentiā.
Et ratio est. quia lz fieri hoīem
sit fieri simpliciter in oībus his
in quibus humana natura inci
pitur esse in supposito de nouo
creato deus dicit' factus homo
eo q' humana natura icipit esse
in supposito diuine nature ab
eterno pre existente. r ideo deus
fieri hominē non est deum fieri
simpliciter. Ad tertiā respon
detur. negando vniuersaliter af
sumptū. Dicimus enim q' quan
do aliquid predicat' de nouo de
altero cum mutatione eius de
quo dicitur. tunc fieri est muta
re. sicut conuenit in his que ab
solute dicuntur. Ea vero que re
latiue dicuntur possunt de nouo
predicari de aliquo absq' ei'
mutatione. sicut homo de nouo
fit dexter absq' eius mutatione
per motum illius qui fit ei simi
lister. Vnde in talibus non opoz
tet omne quod dicitur fieri esse
mutatū. quia hoc potest accide
re per mutationē alterius. Et p
hunc modū dicimus. Dñs refu
gium fact' est nobis. Esse autē
hominē predicatur de nouo de
deo absq' ei' mutatione. per mu
tationē humane nature que as
sumit' ad diuinā personā. r ideo
cum dicit' deus factus est hō. nō
intelligitur aliqua mutatio rea
lis ex parte dei. sed solū ex par
te humane nature. Ad quartā
respondetur. q' ratio nō pcedit.
Dicimus em' q' ppositio illa ve
rificat' ratione vtriusq' simul. s

Quadi' aut' die' p'ca

Incarnati' xpi' in uolūte'

Dñica infra oct. natiuitatis dñi. Fo. xxv.

superpositi & nature. quibus ei illud suppositum semper fuerit. non tamen semper fuit suppositum huic nature. sed quod significat per hoc nomen homo.



Intra octavas natiuitatis dñi est euangelium. In illo tempore.

Erant ioseph et maria mater iesu mirantes. **Et** Luc. ij. Et possunt disputari sequentes questiones. **Prima**, utrum sit verum quod christus sit positus in ruina multorum. **Secundo**, utrum beata maria ita gladio compassionis mortis christi fuerit perforata ut vere martyr christi appellari possit.



D prima questione qua queritur, utrum sit verum quod christus sit positus in ruina multorum sic procedit. &

videtur quod non. **Primo** sic. christus nunquam prebuit occasionem ruine alicui ex aliquo dicto vel facto suo. ergo non fuit positus in ruina alicuius. **Sequentia** est bona. & assumptum patet. quia prebere occasionem ruine aliquorum est contra caritatem & ita peccatum. christus autem peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore

eius. **Secundo** sic. christus positus est a deo patre in lucem gentium ut sit salus usque ad extremum terre. **Isa. xlix.** ergo non est positus in ruina alicuius. **Tertio** sic. christus venit ut homines vitam habeant. ut ipse dicit **Job. iij.** ergo non est positus in ruina mortis alicuius. ergo non videtur verum quod positus sit in ruina. **Quarto**. qui occasione damni dat damnum dedisse videtur. sed si christus est positus in ruina multorum. ipse videtur esse causa peccati hominum. **In oppositum** est euangelium **Matth. xvij. et. j.** petri. **ij.** dicitur de christo quod erat in lapidem offensio nis & in petram scandalum. **Respondeo** dicendum quod euangelista dicit verum. quod christus positus est in ruina multorum. sed diuersimode secundum duas expositiones. **Exponitur** enim dupliciter ille textus. **Uno modo** secundum glo. quando. i. in ruina multorum. scilicet vitiorum & in resurrectionem virtutum. **Plane** hoc verum est. Ipse enim est cui in persona hieremie dictum est. **Diere. j.** a deo patre. **Ecce** constitui te super gentes & regna ut euellas. scilicet vitia & plantes virtutes. ubi inquit glo. **Non** enim poterant edificari bona. nisi destructa existerent mala. nec plantari optima. nisi edicarentur pessima. **Unde** **matth. xv.** a christo dicitur quod omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. **Alio modo** exponitur respectu hominum malorum

Dñica infra oct. natiuitatis dñi.

et tunc dicitur quod etiam dictum euangelium est verum ad istum intellectum. scilicet quod positus est in ruinam multorum. non quod dicto aut facto suo minus recto prebuerit occasionem ruine alicui. sed quod ex doctrina et operibus sanctis suis multi mali ex malicia sua occasionez receperunt ruine. Huius sancti Thomas. *2^o 2^a q. 2. ar. 3. q. 2. ad primum* inquit. quia aliqui ex factis vel dictis christi sumpturunt occasionem ruine. dicitur esse positus in ruinam et in scandalum. non quod ipse dederit aliquam vel modicam occasionem ruine. Unde non legitur quod aliquos scandalizauit. sed quod aliqui ex dictis vel factis eius scandalizati sunt. **¶** Ad rationes in oppositum. Ad primam respondeo negando primam. Et ad probationem dicimus. quod beatus concipimus quod christus non est positus in ruinam. quod ipse dederit occasionem ruine alicui. unde neminem scandalizasse legitur. ut dictum est. sed bene modo exposito. **¶** Ad secundam respondetur. quod ratio precedit. quod non sit positus in ruinam sicut prebuit occasionem ruine. **¶** Ad tertiam respondetur eodem modo. **¶** Ad quartam respondeo negando minorem. Christus enim nulli dedit occasionem ruine. nec causa fuit peccati. Pro quo notandum quod duplex est occasio scilicet data et accepta. Dicitur autem occasio data. quod fit aliquid opus minus rectum. ex quo per exemplum alii prouocantur ad peccandum. Si autem aliquis facit opus rectum et alii inde prouocentur ad

peccandum non erit occasio data: sed accepta. et talis fuit occasio phariseorum qui scandalizabant de doctrina christi. Et sic etiam intelligenda sunt illa que inducuntur de Isa. viij. Et. s. petri. ij. Unde sanctus thomas dicit i. iij. *(ubi supra. q. 1. ar. 1. ad. 5.)* quod christus non dicitur petra scandalum quod per se fuerit scandalum causa. quod ipse non dedit alicui occasionem scandalum. sed dicitur in petram scandalum. ita quod prepositio in. non ordinem cause sed consecutionem importat: quia ex his que christus fecit persecutum est scandalum indeorum. Nec ille.



¶ Secundam questionem qua queritur. utrum beata maria ita gladio compassionis mortis christi fuerit percellata. sic peccatur. et videtur quod sic. **¶** Primo sic. dicit hieronymus. in ser. de assumptione beate virginis marie. Recte dixerim dei genitricis virgo et martyr fuit. quod uis in pace vitam finierit. **¶** Secundo sic. dicit Gregorius. Iure enim plusquam martyr est qui nimio amore vulnerata testis extitit salutis. et pro merito in animo cruciatum sustinuit passionis. **¶** Tertio sic. dicit bernardus. Longe eam plusquam martyrem censem in qua passionis sensum compassionis superauit affectus. **¶** Quarto. idem